



Za. 200<sup>e</sup>

LXXIII.

A. R. I. BVNEMANNI  
MINDENS.  
COMMENTATIO HISTORICO-IVRIDICA  
DE  
**CODICILLIS INDVLTI**  
CONNVBIALIS MILITVM  
SIVE  
**Nom. Erav. Scheille**  
*QVA ETIAM*  
DE  
IVRIS ROMANI ET GERMANICI SANCITIS  
IN MILITVM MATRIMONIIS  
**OFFICIALIVM ATQVE**  
MILITIAE MERCENARIAE  
APVD ROM. ET GERM. ORIGINE  
AGITVR.



---

HALAE SALICAE cl. iccc xxxvii.  
Literis IOA. CHRIST. HILLIGERI, Acad. Typ.

A. R. I. BUNEMANN  
M. M. M. M.  
COMMISSIONIS HISTORICO-ARCHAEOLOGICO-  
ARTISTICO-INDUSTRIALIS  
COPRINUS ET PICTORIUS  
LIBERIS ROMANI ET GERMANICIS SANCTIS  
IN MELITAM MATERNAM  
OFFICIA HUIC ATO VAE  
MILITIA E MERITO ENARRABE  
APUD ROMANTHEM OCEANON  
SOLITA

THEATRIO CHRISTI HISTORICÆ VEN. T. S.  
MARIE SWINKEL CL. DEC. LXVII

VIRO  
ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCEL-  
LENTISSIMO  
DOMINO  
SAMVELI  
L. B. A COCCEII

REGIÆ MAIESTATI PORVSSICÆ A SANCTIO-  
RIBVS STATVS CONSILIIS SVMMI TRIBVNALIS  
ET CONSISTORII PRÆSIDI RERV M ECCLESIASTICA-  
RVM ET GALLICARVM OMNIVMQVE ACADE-  
MIARVM REGIARVM CVRATORI  
SVPREMO

REGIMINIS IN DVCATV HALBERSTADIENSI  
DIRECTORI

VITAM PROSPERITATEMQUE PERPETVAM  
PIE ADPREGATVR

AVCTOR

VIR ILLVSTRISIME ATQUE  
EXCELENTISSIME!  
ILLVSTRISIMO AIAUE LYCEI  
ILLVSTRISIMO  
DOMINO  
SAMAEI  
IBRA GOOCHEI  
REGE MAGISTERIA FORVSICAE SANCTIO  
RIAS STATAS CESSILIS SUMMI TRIBUNAE  
ET CONSORTORIUM LURIDIN HENN ECGDVLVSCAE  
RVM ET GALLICARVM OMNIANOVAE ACADE  
MIRAM RIGIDARVM CHARTIORI  
SALVABO



REGIMUS IN DUCATA HERBARIUM  
ONI CIUIS EST EXSEQUI PRINCIPIS  
IUFFA, VT VT ILLUD QUANDOQUE,  
OB VIRIUM DEFECTUM, QUADE  
IUS POTES, FIERI DEBEAT. MA  
XIME VERO NOS LITERIS OPERAM  
DANTES, ITA DEBEMUS INSTITUERE VITAM NOSTRAM,

vt

VACUO

vt aliquando Reipublicæ prodesse queamus.  
Iniungit enim hoc nobis non tantum sana rati-  
o, sed & Principis nostri optimi maximi  
voluntas: Hæc quidem vult, vt quilibet stu-  
diosus det experimentum diligentiaæ suæ; vti-  
lissimo iustitio, vt cognoscat doctos & reipu-  
blicæ utiles olim, Rex Clementissimus, negli-  
gentes vero spartæ suæ, repellantur ab officiis  
publicis. Sic aliquando omnem rempubli-  
cam habebimus doctam; beatissimam certe  
si omnes vere docti. Ego quidem, quan-  
tum in me est, non ultimus esse volui qui Re-  
gis O. M. iuslui sapientissimo obtemperan-  
tem se gereret. Conscripti horis subcisiis  
varia opuscula & materias integris volumini-  
bus paraui. Postulauit iam officium meum  
vt illos labores publici iuris facerem. Malui  
initium minoribus facere, vt sequerentur Ma-  
iora. Primitiæ optimo iure autem debentur  
Regi eiusque rerum moderatoribus, Accipe  
itaque

itaque VIR ILLVSTRIS ATQVE EXCELLEN-  
TISSIME hoc qualemque mentis deditissimæ  
monumentum. Certe beatissimum me iu-  
dicabo si mihi semper licebit esse

VIR ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME  
NOMINIS TIVI ILLVSTRISSIMI

Halæ Salicæ a. ccccxxxvi.  
d. xxx, Maii.

Cultori obsequioſſimo  
AVG. RVD. IES. Bünemann.



LECTORI SALVTEM !



Vum omnes res, quæ in o-  
mni rerum mole occurunt, su-  
as habeant causas, non est du-  
biu[m], quin ante omnia in veras  
atque genuinas causas sit inqui-  
rendum, vt tum connexio re-  
rum inde expediri possit. Solent hinc iure meri-  
toque Latii ICti illud *scire* esse pronunciare, quum  
causas rerum tenemus, atque *scire* leges, non esse  
verba earum tenere, sed vim, potestatem ac ra-  
tionem. vid. L. 17. ff. de L. L. & D. D. HOLDER-  
RIEDERI nuperrime habita elegans, ad *Legem*  
*illam* dissertatio. Commendatum itaque rerum  
studiosi habeant sibi hoc, vt ante omnia in rerum  
causas atque rationes inquirant sedulo ; Certe  
sem.

A 2

semper idem cordi curæque mihi fuit atque est etiamnum. Non potuit non fieri, vt sic in plura notatu digna, ab aliis fere neglecta inciderem, quæ amici mei digna habuere luce publica. Ego vero soleo abscondere mea aliquantum temporis, ne nimis mature in lucem protrusa in opprimum mei iure vergant. Sequor in hoc tritissimum illud: *Sat cito si sat bene.* Nupperrime *Vir Per Illuſtr. Domin. A LVDEWIG, Diuinarum humanarumque rerum quam peritissimus*, pro ea, qua in me est benevolentia, mihi auctor suasorque fuit, vt primum ederem minora opuscula, quippe quæ facilius habeant, qui sumtus ad exscribendum typis præbent. Hæc fuit cauſa ut hoc opusculum emitterem, haud ita pridem quidem scriptum, sed forſan quibusdam tamen gratum, quum aliqua singularia exhibeat, & præterea explicit argumentum quod scriptoribus fere est deſtitutum.

Vale, dedi Halæ Salicæ Anno

cōlōccxxvi.

DE

DE  
**CODICILLIS INDVLTI**  
 CONNVBIALIS MILITVM

SIVE

**Vom Frau-Scheine**

§. I.

**Q**uod apud LIVIVM quidam ad Romanios dicitur: *Introducō;*  
 xit: *v̄xores esse malum, necessarium tamen;*  
 vnde aliquis interrogatus, qui duxerit vxori  
 minoris staturā? reposuit ingeniose:  
*ex duobus minimum malum esse eligendum;* est  
 quidem verissimum. Non quidem cum ARISTOTELE, in  
 odium PLATONIS, qui mulieres pro *medis creaturis inter*  
 Deum & homines habuit, dixerim: *mulieres esse aberrationes*  
*nature.* AVCTOR enim libelli von der Herrschucht der  
 Männer über die Weiber nos docet, ARISTOTELEM ideo  
 ita iudicasse, ut suppressa contradicendo PLATONIS au-  
 toritate sibi famam pararet, quum tamen alioquin ipse  
 ARISTOTELES prae amore erga mulieres insaniret. vid.  
 Cel. 10H. ADAMI BERNHARDI elegantissima fūr̄z gefasste  
 curieuse Historie der Gelehrten Lib. III. P. I. cap. 3. p. 154.  
 vbi agitur von Gelehrten, die grossen aestim vor das Frau-  
 enzimmer gehabt, oder fūrzer: von gelehrten Hasen. Sed  
 tamen nemo negauerit vxores maximo esse incommodo,  
 non vero ideo abstinentum omnibus a matrimoniis,  
 quum ad vxores ducendas simus obligati, quod nuper-  
 time singulari schediasmate: *De obligatione viriisque se-*

xus ad matrimonium: probatum dedit mihi misisque meis amicissimus LANGVS. Certe neque ipsi Papæco-  
læ omnes fauent cælibatui vid. CALIXTVS de cælibatu D.  
NICOLAVS HVNNIVS, HILDEBRAND dc nuptiis, item BÖH-  
MERVS harum rerum gnarissimus in *Iure Ecclesiast.* Protest.  
& nuperrime editus doctus liber. M. S. G. H. Nichtiges  
Ulterium der Römischen Kirche p. 228. & sqq. Potest  
autem quilibet, qui non impeditur, inire matrimonium.  
Sed illud ad normam legum est faciendum, nisi quis ve-  
lit poenas dare incuriae suæ, & pati ut ipsius matrimonio-  
um omni iure habeatur pro iniusto atque nullo. Le-  
ges vero iubent, ut milites nuptiis impetrant consen-  
sum, habeantque, officialis a PRINCIPE, gregarii vero ab of-  
ficiali; ergo illas debent sequi milites. Operæ erit præ-  
tium aliquantulum inquirere in origines & fata Legum  
illarum de quibus ultimo loco diximus. Primo loco  
nobis erit dicendum de Romanis; deinde fusius de Ger-  
manorum institutis dicam.

## §. II.

*An conducat  
milites esse  
vx oratos, an  
vero cælibes?*

Solent quidem POLITICI disputare in partem vtramque problema hoc:

*Vtrum conducat, militem vxorem habere;*

*An vero persistere in cælibatu?*

Qui prius ad firmant, 1) prouocant ad omnium liber-  
tatem ineundi matrimonium; sed libertas illa iam est re-  
stricta & imminuta per leges ciuiles in reip. utilitatem  
vid. infra §. XII. deinde 2) aiunt, milites qui vxores ha-  
bent facilius sibi temperare a delictis contra sextum,  
quum apud vxorem libidini satisfacere possint. Sed  
quem cupidio rerum prauarum coepit semel, idem ille  
non eam deponet etiamsi vxorem ducat. Quid? quod  
tum

tum vxori iunctus reni cum alia habens , maius committat scelus, quam cœlebs si esset; denique 3) adferunt, quod, quibus vxores sunt, eos amor, pietas erga liberos atque coniuges, fortiores magisque strenuos reddat. Sed adfirmauerim fidentissime aduersum. Potius res vxoria medicorum effato & experientia teste eneruat corpora, debilitat animos admodum. Imbelles reddimus ~~cooperata~~ vxorum. Quid? quod milites mariti magis sibi parcant ducti amore suorum. Concidunt sic argumenta illorum, & sententia simul. Contra sunt rectius qui adferunt ultimam. Primo fortiores sumus, quum scimus, nos nobis perire solis, non nostris. Dicere solent: Ich habe nichts dabei zuzusezen, Frau und Kinder werden sich meines wegen nicht die Augen aus den Kopfe weinen. 2) Facillime milites cœlibes duxeris quo velis, quum non coniugis amplexus suavis amorque eos adfigat certis locis, 3) magno exercitibus mulieres sunt incommodo, augent impedimenta Den Troß und bagage, etiam parum aut nihil profunt ad bellum gerendum, & quum fames sitisque premunt, maiorem utrumque reddunt, nisi pereant ipsæ. Vid. BEIER in Iur. milit. prud. Lib. II. titul. I. tb. 4. §. 1. n. 189. & VEGET. de re milit. lib. IV. cap. 7. add. Königl. Polnisches und Churfürstliches Sächsisches mandat de 1709 & Königl. Preußisches edict. de a. 1711. §. 1. apud LUDOVICI In der Einleitung zum Kriegs proceſſ. Cap. II. §. 17. 4.) In caſtris milites alere vxores neque ideo consultum foret, quod militando in caſtris Veneris, magis reddantur inualidi in Martis caſtris, incurii negligentesque. Taceo alia argumenta, vti quæ D. Johann Georg BERTOCH Im besondern Recht in Eh und Schwangerungs Sa- chen

chen der Soldaten cap. I. §. 13. p. 9. 10. adulit, idem §. 24.  
pag. 20. 21. add. Sachsen gothaischen Verordnung de a.  
1677. apud LVNIGIVM Corp. Iur. Milit. p. 1094. seq. quum  
hoc problema a me iure politicis ad respondendum il-  
lud relinquatur. Legantur GVNDLINGIVS discursu liber  
BVDEI politicam cap. V. aliique. Videamus tamen an gen-  
tes sic quoque sint philosophatæ.

## §. III.

*An Romano militi licuit esse maritis?* quod varie a nostris responderi solet, sed non nisi PERILLVSTRIS DE LVDEWIG, ut semper solet, rem recte docuit. Qui in elegantissimo, de consensu connubiali extra patrem, tractatu diff. IX. nos docet: 1) tantum esse dubium: Num Leges Romane contra militum connubia existent? Vnde frustra sunt LIPSIVS Lib. V. militiae Rom. dialogo XVIII. p. 216. 217. illumque sequutus Cunr. RITTERSHVSIVS ad Ligurini Lib. VII. vers. 282. cap. 2. p. 139. qui rem hanc intricatam explicare volunt, dum quæstiones huc non pertinentes respondent: *vtrum satius sit milites uxores habere, an esse cœlibes?* quæ quæstio ad Politicos pertinet, & responsa, non problema nostrum definit; alteram: *vtrum induitæ Romanis militibus uxores in castris?* nam non quæritur, an legibus susque deque habitis, ingenio suo vixerint Romani; sed an leges de militum cœlibatu habuerint? 2) Obseruat Perilustris vir satis acute, in respondendo distinguenda esse tempora: Respondebo ergo problema hoc ad mentem magni mei Doctoris; sed breuiter.

## §. IV.

*Respondetur* Romæ Romulus conditor Marte genitus credebat problema hoc tur: LIVIO, FLORO, EUTROPIO, aliis, testibus; Roma Mar-  
tia-

tia. Auguria bellica prima, LIVIO, FLORO, præcipue *Lib. I.*  
*e. I. n. 7.* id loquente, & ad AVGUSTI tempora, DCC. an-  
 norum spatio, continuis bellis occupata Roma. Militia  
 CICERONE pro Murena auctore, præcipuum Romanorum  
 studium. Cives fere omnes milites, SAVIL. *de milit. Rom.*  
 LIPSIUS *de milit. Rom. Lib. I.* maxime quin SENECA *libro III.*  
*de ira cap. 7.* teste: *apud Romanos graue scelus esset, pro salute*  
*patriæ militiae se subducere;* vnde tantus tamque stupen-  
 dus militum memoratur numerus PLINIO *Lib. III. c. 20. Lib.*  
*VII. c. 25. Agath. Lib. V. Liuio Epit. LXX. conf. Naudens de stud.*  
*milit. p. 554.* Nisi enim summa necessitas premeret, non  
 nisi cives in militum numerum recipiebantur. LIPSIUS *de*  
*milit. Lib. I. d. II. p. 14. SAVIL. deeadem SIGONIUS *de antiquo**

*iure ciu. Roman. Lib. I. cap. XV. p. 172. sq.* Et qui λαβεῖν ἀρχὴν  
 πολιτῶν volebat non admittebatur, nisi x annos miles  
 fuisset. vid. POLYBIUS *de re milit. Rom.* & LIPSIUS, SAVIL. SI-  
 GON. *dd. II.* vnde militia ad dignitates pertinebat, quibus  
 etiam additur *Lib. XII. Cod. de dignitatibus conf. Perill. Dom.*  
*de LVDEWIG.* ICtorum facile Princeps, in *Different. in Re-*  
*milit. I.* Hinc non tantum 1) qui præcipui in republica  
 gerenda, antea milites fuerant, sed & 2) plurimi vxo-  
 res habuere milites. Probabile mihi illud videtur ideo,  
 quod regulariter non ante quinquagesimum annum mis-  
 si fuerint milites. vid. SIGON. *I. c. p. 18.* & *Perill. Dom. de*  
*LVDEWIG von inualiden Häusern.* Minime vero credibi-  
 le quinquagenarios tandem Romæ vxores duxisse; quum  
 contra apud Romanos connubia infantum celebratissi-  
 ma fuerint. vid. *Illustr. HEINECCIUS, Romanarum rerum in-*  
*dagator felicissimus, in Antig. Rom. & L. B. de WOLTZO-*  
*GEN de connubiis infantum.* Ergo *Libera Republica, Roma- Libera Rep.*  
*no militi licuit esse marito, quum vxores habuerint,* & nulla Rom. milites  
 ipsos vxorati.

*ipsoſ tum lex a connubiis prohibuerit. Qui me alia docebit, me ſibi habebit valde obſtrictum.*

## §. V.

*Sequitur  
temporibus  
militum con-  
nubia prohibi-  
bita.*

Enim uero hæc omnia mutata furent, quum Principes Rempublicam inuaderent. Videbant Principes dominatiū obesse, milites esse ciues. Præterea probe intellegebant ſe fortiores fore, ſi militem mercenarium perpetuumque alerent. Stipendia militaria quidem tantum inde ab a. V. C. CCCLIX. LIVVS Lib. IV. cap. 59. maxime in vſu fuere, nam, priuato ſumptu ſe alebant milites Romanū, pene ad id tempus, quo Roma capta eſt, ex Seruii Tulli inſtituto, vti festivs illud refert. conf. DIONYSIUS HALICARNASSAEVS Lib. IV. cap. II. ſed tenue initio ſtipendium ſiue ὀψινον auxere deinde Cæſares. vid. LIPSIUS d. l. Lib. V. Dial. XVI. Addatur PETRI MÜLLERI diff. de ſtipendiis militum Cap. II. & mercenariam fecere militam. Certe AVGVSTVS Latinis & Italīs neceſſitatē militiæ remiſit introducta mercenaria militia. vid. HERODIAN. II. II. SCHELHAM. not. ad HYGIN. de caſtratione. p. 13. add. La Vie d' Auguſte ſic ciuium indies minor numerus inter milites, contra prouincialium auctus magis; id quidem factum data ab ANTONINO CARACALLA Orbi Romano ciuitate. vid. SPANHEMII Orbis Rom. II. 53. p. 158. EVTROP. IV. v. 58. CLAVD. AMMIAN. MARCELL. XXVI, 1. ſic ciues fere exclusi a militia, deſciebant indies bellica, & torpentis otio, adsueſcebantur feruituti. Et vt miles eo minus libertatem patriæ curaret, id agebant, vt miles improles, quoad eius fieri poſſet, exiſteret. Hinc Lex data: MILES CÆLEBS ESTO. Et potuere concurrere ſupra cap. II. dictæ cauſæ, quum eiusdem eſſe poſſint plures. Quando ve- ro, & a quo, quibusque verbiſ late ſit lex iſta, non de- fini-

finiuerim ego, tacentibus illud Scriptoribvs. Certe ante CLAVDIANVM latam fuisse nullum est dubium. Inde vero milites cælibes fuere sequutis temporibus. Hinc TACITVS de militibus ita *Annal. Lib. XIV. cap. 27.* neque coniugiis fuscipendi, neque alendis liberis sueti, orbas sine posteris domos relinquebant. Item: TERTULLIANVS in exhortat, ad castit. Scilicet solis maritorum domibus bene est? Perierunt cælibum familias spadonum, MILITVM, aut peregrinantium sine uxoribus. Non enim & nos milites sumus? CLAVDIVS ve-  
 ro iterum a. V. C. 797. militibus matrimonia indulxit, vnde DIO Cassius in Claudio Lib. LX. p. 681. τοῖς δὲ σφατεοῦ  
 μένοις ἐπειδὴ γυναικαὶ εἰς ἑδύσαντο ἔηγε τὰν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν  
 γεγαγκάντων διπολάματα ἔδοκε add. id. in Nerone Lib. XLI. p.  
 690. SEVERVM illa permisit militibus auctor est & SEVERO  
 HERODIANVS Lib. III. in Vita Seueri τοῖς σφατιάταις πολλὰ  
 συνεχάρησε ἀ μὴ πρότερον ἔχον, καὶ διατυλίοις χρυσοῖς χείρουσθαι  
 ἐπίτρεψε, γυναιξὶ συνομένῳ. Dedit itaque (Perill. Dom. a LVDE-  
 WIG verbis vtor) CLAVDIVS militibus iura connubiorum: SE-  
 VERVS etiam indulxit uxoribus militum, agendi cum maritis  
 in uno domicilio. THEODOSIANVS & VALENTINIANVS A. A.  
 remisere militibus solemnitates rescripto ad BASSVM Præf.  
 Præt. l. 21. Cod. de Nuptiis, vbi ita: a caligato milite (1)  
 usque ad Protectoris (2) personam sine aliqua solemnitate matri-  
 moniorum, liberam cum ingenuis duntaxat mulieribus contra-  
 hendi coniugii permittimus facultatem. Idem licuisse sequioribus  
 etiam temporibus militibus, doceor l. 3. §. 2 ff. de re milit.  
 l. 7. Cod. de Repudiis & nov. CXXVII. c. XI. neque l. 60. atque 61.  
 D. de donat. inter Vir. & uxor. obstat. Videatur Perill. Dom.  
 de LVDEWIG, singulare ornamentum ICTORUM, opusc. de consens.  
 connub. extra patrem diff. IX. (7) p. 51. add. COTERÆVS de  
 Iur. & priuili. milit. lib. II. cap. I. & MENCKEN de liberorum &  
 milit. nuptiar. nullitate.

(1) Miles caligatus, idem est, ac si dicas : miles gregarius ein Gemeiner, oder ein schlechter Soldat, vilis, videatur l. 9. ff. de custod. caliga erat species calcei, confecti ex corio fortiori, cuius solea ex saliceo ligno erat. Solebant soleas illas corio clauibus adfigere, ut vtrumque magis connecteret cohæreretque &c. vide sis BRODÆVM miscell. VIII. 16. PITISCVM. I. 327. 328. DU FRESNEVM Gloss. Græco. p. 549-550. item BVXTORFII Lex. Talm. col. 1710. SPONIVM Miscell. Sezt. VI. p. 220. milites vero gregarii die Gemeinen eiusmodi caligis induiti incedere solebant, hinc dicebantur gregarii: milites caligati. conf. dd. A. A. cc. II. & LYDIUS de Re milit. III. 2.

(2) Formula hæc nihil aliud sibi vult quam Germanica: vom Geringsten zum Höchsten. Protector hic est, ex PRATEII lectione, præfectus Cobortalis. Scilicet vocabatur Præfectorum Principis ναῦ ἔξοχην Protector. Protecctores domestici a GORDIANO IVNIORE instituti sunt & protegebant & comitabantur Principem palatio exeuntem, eiusque Palatium custodiebant, vti apud nos die Leib-Guardes vid. l. deuotissimos COD. THEOD. de domest. & protet. atque GOTHFREDVS ibidem. PROCOPIVS in ἀνερδότοις ita de illis: Sunt, inquit, & alii in Palatio longe praefantiores, quoniam maius ipsis stipendum solui consuevit, ac digniore militare nomine honestamur. Hi domestici & Pro- tectores vocantur, & a cura rerum bellicarum longe absunt. In Palatio enim conscribi solent, vi sit ordo, qui tan- tum persone operam praefet. Horum aliqui Bysantii, alii in Galatia, nonnulli aliis in locis statuuntur. Protectores quotidie salutabant principem, purpuram eius vestem osculantes, quo quidem modo Imperator adorabatur. vid. l. 3. & 4. COD. THEOD. de domest. & protet. l. 1. Cod. eod. l. 1. Cod. de Apparit. Praef. Prat. l. 1. Cod.

de

de apparit. Praef. Præt. Vrb. conf. GOTHOFREDVS *ibid.* &  
Illustris GASSERI Praelectiones ad Codicem. Quam splen-  
dide protectores isti fuerint vestiti, docet CORIPPVS  
*Lib. III. in Laudem Iustini Minoris:*

*Miratur barbara pubes  
Ingressus primos, immensaque atria lustrans,  
Ingentes astant viros, scuta aurea cernunt,  
Pilaque suspiciunt alto splendentia ferro,  
Aurea, & auratos conos, cristasque rubentes:  
Horrescant lanceas, sexusque astant secures,  
Ceteraque egregiae spectans miracula pompa.  
Et credunt aliud Romana palatia celum.*

item idem alio loco :

*Astabant celsi pariter, pariterque nitebant  
Cet.*

Plura de Protectoribus & Protectorum comite egre-  
gie est commentatus PANCIROLLVS in multifariæ le-  
ctionis Notit. Dignit. vtriusque Imp. Cap. XC. Tomo VII.  
*Thesauri Antiquit. Rom.* GRÆVII p. 1562 - 1568. conf.  
COLVMB, in Laetant. de M. P. Cap. XLIX. PITISCVS. II. 550.  
GVTHERIVS de offic. domus Aug. Cap. II. 15. DVFRESNEVS  
III. 498.

### §. VI.

Videamus iam quid Germani mei de connubiis  
militum statuerint? Antiquissimis temporibus Germa-  
nia omnis fuit militaris, quum maxime libertatis, qua-  
non nisi domesticum habebant imperium, fuerint stu-  
diosi & in primis curis laboribusque id habuerint pos-  
tum, vt independentiam suam conseruarent strenue.  
Loquuntur hæc SENECA atque alii scriptores quibus e-  
nouioribus iungatur GROTI *Belgium antiquum, & Comment.*

B 3 noster

noſter ad KLVGKISTIVM, proxime edendus, hoc fusius docabit. Adeo vero inualuit apud maiores militia, vt omnes agerent milites. Hinc non potuit non fieri, vt etiam vxorati esſent milites plurimi. Neque erat qui maritos a militia arceret. Ipſe TACITVS & CÆSAR referunt, vxores ſecum duxiſſe Germanos in aciem, non tantum, vt animos adderent pugnantibus, ſed & vt illos adiuuarent quum pugna dubia eſſet. Res ſic ſe habet: TACITO de de Mor. Germ. cap. XX. teſte (vxor) aliquid armorum viro ad ferebat - - Ne ſe mulier extra virtutum cogitationes, extra que bellorum caſus putet, iſpis incipientis matrimonii auſpicis admonetur, venire ſe laborum periculorumque ſociam, idem in pace, idem in prælio paſſuram auſuramque. Hoc iuncti bones, hoc paratus equus, hoc data arma denunciabant. Sic viuen- dum, ſic pereundum. Qui ritus etiam medio æuo in vſu fuīt vid. IO. LOCCENII Antiqu. Sueo Goth. lib. II. cap. XXIV. p. 108. OLAVS MAGNVS Rer. Sept. lib. XIV. cap. IV, add. Dom. de LVDEVIG ICtus consummatiſſimus, de dote mariti. Nuptiæ itaque iſpſæ docent, vxorem ſociam fuīſſe pace belloque, quod etiam PLVTARCHVS in Mario p. 421. & TACITVS Historie lib. IV. cap. XVIII. exemplis illuſtrant. CÆSAR de bello Gall. lib. I. cap. 51. refert: mulieres comites fuīſſe maritis in bello, & proficiſſentes in prælium milites paſſis crinibus flentes inclinasse, ne ſe in ſeruitutem traderent. Et TACITO Mor. Germ. cap VII. VIII. auctore: uxores feruente prælio vulnera exſugebant, ci- bos & hortamina pugnantibus geſtabant, inclinatas & labentes acies constantia precum & obiectu peclorum & monstrata comi- nus captiuitate reſtituebant. vid. CHAMBORT de æſtimio feminarum apud veteres Germanos. Neque hoc fuīt ſingulare Germanis, quum antiquarum gentium plerique non tantum iſpiſi arma tulerint, ſed & uxores ſecum duxerint in aciem.

Memo-

Memoria dignum est quod libellus, quem Cel. IOACHIMVS meus mecum beneuole communicauit, qui inscribitur:

*Mores, Leges & ritus omnium gentium, Per IO. BOEMVM, cetera. apud TORNÆSIVM c. 10 c. III. in 12.*

(liber ni fallor, parum obuius) refert de Georgianis lib. II. p. 139. Mulieres eorum quædam equestris ordinis erant & ad prælium edocie. Taceo Amazones aliasque mulieres milites, quas celebrant laudibus *SCRIPTORES antiqui nouioresque.* Dixerim ex rationibus plurimis instituta illa gentium laude digna esse omnino, atque album calculum adiicio AVCTORI der *Historie der Seuaramber* (quæ legi utique meretur quum egregie doceat, quomodo respublica sapienter sit instituenda;) qui refert: daß das Seuarambische Frauenzimmer in denen Waffen geübt und zum Kriege gebraucht werde. Certe etiam Germanos antiquos, eodem iure, ob eandem causam, laudamus. Qui vero testimonia veterum hac de re collecta vna legere cupit, adeat multæ lectionis *antiquam Germaniam CLVVERI.* Meretur *Commentarius* ille CLVVERI, vt rerum patriarum non vulgariter gnarus illum scholiis illustraret.

### §. VII.

Antiqua sua instituta seruauit Germania olim, quoad eius fieri potuit, rigide. Maxime vero id egere maiores, vt ius belli, cuius priuato nobili libero competens, ex statu olim æquali, propugnarent strenue, vsque dum variis artibus sensim sensimque, vel vi, vel bona gratia exuerentur momentoso hoc iure quod pluribus docui in *Opusculis KLVGKISTIO* adiiciendis, uno, *de iuris belli nobilitbus olim competentis causis fatisque*, altero: *de diffidationibus*

*An medio æ-  
uo Germani  
milites ma-  
riti?*

bus & in Commentario ipso passim. Neque patiebantur olim, ut stipendio conducti milites agerent. Sed non nisi nobiles milites fuere prouinciarum. vid. H. A. MEINDERS de origine & progressu nobilitatis & seruitutis in Westphalia. Quorum plurimi vinculo matrimonii iuncti erant vxoribus. Vides itaque Germaniam meam satis diu habuisse milites maritos. Neque migrarunt hos mores Germani ante militis mercenarii originem, de qua §. sequenti dicam. Ipsi nobiles militare solebant cum suis vasallis, quibus praeerant, vnde officiales etiam num solent sumi ex nobilibus de quo §. 9. erit dicendum. Non autem potuere Germanorum vasalli sine Dominorum consensu contrahere matrimonia, quod docebo §. 10. atque inde factum ut gregarii, quum vxores ducere vellet peterent indultum a suis praefectis, vnde origo concessionis matrimonii des Trau-Scheines quam a praefecto ante nuptias impetrare debet gregarius miles. Quod itidem probabo §. 11. Minime vero inuenio, ad nostra vsque tempora, militibus prohibita fuisse matrimonia, sed saltem illud Leges statuere: ut non sine praefectorum consensu nuptias haberent, quum ille ex antiquis Germaniae institutis sit requirendus, de quibus in reliquis §. §. disputandum erit. Ceterum ignorant hanc concessionis impetrandæ causam ICti fere omnes, vnde nostra inquisitione dignissima fuit.

## §. VIII.

Dixerim plane, olim quidem in Germania etiam quemcunque nobilem, eodem modo quo Poloniae nobiles etiamnum, in bellis paceque publice, cum suis subditis, bassis, vassis seu vasallis, comparuisse. Recte enim explicat SCHILTER Inst. Iur. feud. cap. III. §. 8. TACITI de Mor.

Germ.

*De militia mercenaria.*

Germ. Cap. XIII, hi vassī licet non gratis militarint. vid. *Illi*. HEINECCI, I<sup>o</sup>Cti humanissimi, *Ius Germ. Lib. I. §. LXVI. Schol.*  
\*) & subsequitis temporibus Diploma Caroli M. Datum  
*Wormatiae A. DCCXC.* cuius huc pertinentia verba exhibet HACHENBERGII *Germ. Mediae Diff. IV. §. V. p. 78-79.* tamen non fuere proprie milites mercenarii, quum tantum ii sint, qui mercede ad militiam conidueuntur. Vasalli vero ad seruitia, tam in pace quam in bello, feudalia sunt obligati. Minime itaque Celeb. FLEISCHERVS *Iur. Feud. Cap. VII. §. 32. p. 249.* inde concludere debuitlet, quod pace Viri doctiss. dixerim ) ideo, iam olim militiam Germanorum fuisse mercenariam. Miles vero mercenarius primum iis temporibus occurrit, vbi ciuitates Imperii ortae & Clerici iura statuum Imperii accepere, nam utriusque sacerdos misere nobiles cum suis vassis ære conductos ad bella Imperii. Hinc origo militis mercenarii. Nondum vero Principes alebant militem mercede conductum, sed nobiles cuiusque prouinciarum, vbi bella vel Imperii publica, vel prouinciarum priuata, ad sequelam cum suis vassis erant obligati. vid. *Perill. Dni. de LVDEWIG tanto Viro dignus ad A.B. Commentarius Tom. I. p. 83.* item AVETOR des Berichts vom Adel in Teutschland p. 217. Hi autem nobiles non nisi equis vehendo seruitia praestabant. Hinc *eques & nobilis in medio æuo*, immo etiamnum solent inuicem substitui. Contra nemo nobilis *peditem agebat*. Equitum vero olim in militia Germaniae numerus maximus, iam TACITI æuo equite pollebat Germania. Hinc in diplomatis & scriptoribus medii æui *milites & pedites* sibi inuicem opponuntur. vid. ANT. MATHÆI de Nobilitat. Lib. IV. Cap. X. nec nisi nobilis habebat iura militaria, ordinisque equestris erat. vid. Comment. ad KLVGKISTIVM proxime eden-

edendus. Vnde nobiles proprie milites dicuntur. Hinc LVITPRANDVS Lib. II. c. VIII. *Est Saxonum mos laudandus, quatenus annum post unum atque duo ciuium nemini MILITVM ( hoc est nobilium, quippe qui iura militiae habebant ) bello deesse contingat.* Quæ omnia aliter se habuere olim apud Italos nam teste GÜNTHERO L. II. Ligurini vers. 153 p. 30. *Quos libet ex humili vulgo (quod Gallia foedum iudicat) accingi gladio concedit equestris (Italia) conf.* OTTO FRISINGENSIS Lib. II. c. XIII p. 453. Ex iis quæ in Scholio (1) diximus, patefiet, licet Henricus Auceps alioquin admodum mutarit militiam Germaniæ, quod WITIKINDVS, LVITPRANDVS, SIEGBERTVS GEMBLACENSIS, GOBELINVS PERSONA, alii loquiuntur, tamen hoc minime mutasse: sed demum post illius tempora hoc esse factum. Tandem quum Principes viderent, satius esse militem habere mercenarium, initio conduxere sibi aliquas tantum turmas, quæ tuerentur Principem. Deinde vero, sensim sensimque satis magnos exercitus conscripsere, quos denique perpetuos fecere ex variis rationibus status, inter alias etiam illa fuit, quod tum Germania premebatur & ciuilibus & exteris belis. Maxima vero incrementa miles mercenarius SIGISMVNDO IMP. coepit. nam premientibus Hussitarum factionibus, non tantum inter equitum cohortes, magnus plebeiorum numerus receptus, sed & pecunia imperata ad milites conducendos. Atque id præcipue egit Imperator ut omnem Germaniæ equitem uno foedere iungeret. Vid. celeb. MÜLLERVIS im Reichs-Tags Theatro Frider. V. Parte I p. 333. Maximilianus Imp. deinde auxit mercenarium militem. Nobiles principum Vasalli seruitia quidem præstabant, sed indultum ipsis deinde, vt, si ipsi non possent, vel alios conducerent, vel

vel pecunia redimerent vacationem. (Ipse Henr. Leo iam Erid. I. obtulit subsidia pecuniaria ut illa milites conduceret, argumento tum iam fuisse militem mercenarium.) Tandem vero permisit REX noster clementissimus Vasallis, vt aliqua pecunia quotannis numerata a seruitis liberi es-  
sent. Ceterum videatur elegantissima D.GRAEFL DIFF. de iuribus  
principis & singularibus iuris. Patrim. Cap. I. c. XIII.

- (1) Forsan aliquis mihi obiiciet: 1) obstarre loca SIGEBERTI GEMBLACENSIS ad a. 922. Rex Henricus quosunque fures, aut latrones, aut sicarios manu fortis & bellis aptos esse videbat, indulta iis venia, agros & arma da-  
bat, & legionem ex eis faciens ad debellandos barbaros ex-  
ponebat. Item WITIKINDI Lib. II. Annal. p. 643. Rex  
Henricus -- quemcunque videbat furem aut latronem, ma-  
nu fortis & bellis aptum, a debita pena ei parcebatur (quum  
alioquin acerrimus persecutor illorum esset, unde  
DITMARVS Lib. I. Annal. p. 327. Si quidem in Regno  
Henrici, vt multi dicunt, quis praedatus sit, huic Domi-  
nus clemens ignoscat. Conf. etiam Doctiss. LEYSERVUS  
de diffidat.) collocans in suburbano Mersabiorum, datis  
agris atque armis, iussit ciuibus quidem parcere, in bar-  
baros autem, in quantum auderent, latrocinia exercerent.  
Ex his enim confici, & latrones milites egisse; sed  
respondeo: a) non latrones semper sunt plebeii,  
pertinet huc locus CONTINVATORIS REGINONIS ad a.  
920. p. 74. Multi illis temporibus etiam nobiles latroci-  
niis insudabant, hic vero locus ad eadem illa tem-  
pora pertinet. b) Dubium est an non potius illi  
fuerint nobiles, qui ius belli sibi iure competens  
exercuere, de quo in Opusculo de diffidationibus,  
2) Referre GVNTHERVUM Lib. II. Ligurini vers. 609. seq.  
p. 43 - 44. & OTTONEM FRISINGENSEM Lib. II. cap.  
VIII, p. 458. Fridericum I. Stratori plebetti ordinis in  
bello

*bello se præclare gerenti, iura equestris ordinis obtulisse.*  
 Ergo plebeios quoque milites egisse. Sed a) verbum plebeii medio ævo quandoque etiam loco simplicis nobilis, ut dicimus eines schlechten Edelmannes ponitur. b) Non nego plebeios quidem etiam seruitia militaria præstasse, sed non equestria. Sie dienten nicht zu Pferde, sondern zu Fuß, sie waren Fuß-Knechte pedites. Taceo alia dubia, quæ mouentur a quibusdam, sed frustra; quod fuius docerem, nisi fere tempus oleumque sic perderem.

### §. IX.

#### *De militum officialibus.*

Etiam breuiter mihi aliqua erunt dicenda de militum officialibus. Non quidem multa de iis commentari patitur institutum meum, sed dicam tamen breuiter qui fiat, vt in Germania ad militum officiales maxime vexilleros den **Fendrichen** requirant nobiles? Diximus §. 8. olim nobiles comparuisse cum suis Vasallis, eodem modo quo apud Polonus etiamnum seruitia præstant nobiles. Multa vero, introducto milite mercenario, antiquorum conseruata sunt. Hinc etiam factum, vt, non nisi nobiles præfeti sint militibus mercenariis, etiam si ipsorum non fuerint Vasalli. Quid? quod etiam ignobiles, qui obtinuerunt dignitatem officialis superioris militum eines **Ober-Officiers**, nihilominus eosdem ac nobiles habeant honores, atque iura eadem. Vocantur etiam vulgo: *cavaliers*. Quod vero ad Vexilliferum seu signiferum vel standiferum, vt medio ævo vocantur, adtinet, ille ideo etiamnum debet esse nobilis quod vexilla olim non nisi nobilibus competierint, quippe qui illa olim habuere soli, tanquam insignia militaria **Feld-Zeichen** cuique genti propria, de quo *Cap. III. Mediatat.*

ditat, de Illustr. gente Borckia plura dixi. Aliam certe originem huius obseruantiae militaris dare nequeo. Veleni, ut aliquis, qui rerum Rerum Germanicarum est satius peritus, conscriberet librum, in quo exacte doceret historiam militiae germanicae. Maximi enim momenti argumentum illud est, & tum melius ad hiberetur opera, quam fere perdunt, quum sexcenties ab aliis dicta, cocta atque recocta, scripta, exscripta iterum iterumque exscripta, maximo tædio repetunt, & ad nauseam usque apponunt. Sed non potest huiusmodi liber leuiori brachio scribi. Requirit hic labor doctos, rerum peritos, lectione iudicioque pollentes. Certe dignus & dignissimus est is labor milite docto, sed vbi sunt? alia occasione olim rescripsit ingeniosissimus HERMANNVS de HARDT.

## §. X.

Consensu Domini feudi in nuptiis Vasallis opus es-  
se probauit solide, vti solet, *Perill, de LVDEWIG ex LLbus  
SICILIÆ, GALLIÆ, ANGLIÆ, SCOTIÆ, GERMANIÆ, RATIO-  
NIBVS Diff. VI. Opusc. de consensu connub. extra patrem n. (2) p. 40. § 99.* In Germania absolute Domini consensus requiritur hinc p. 435. collect. *Etymolog. LEIBNITZII HEI-  
BERSTADIENSIS CÆSAREVS in registro Prumiensi §. 3. ita:  
sciendum est, quod, quicunque de ministerialibus infundatis  
ecclesiæ, uxorem duxerit & de ea filios genuerit, quod dominus  
abbas ac iure non teneatur illis feudum patris conferre, quicun-  
que enim ministerialis hoc presumserit facere, sciat se erga ec-  
clesiam non fideliter agere & dominus abbas, si voluerit, super  
hoc eum poterit conuenire pro tali delicto. Conf. Exempla a-  
pud ALTESERRAM de ducibus & comitibus Lib. III, c. 1. qui ta-  
men p. 208. in eo errat, quod existimat: Principes Imperii*

*De consensu  
dominorum  
feudi & dy-  
nastiarum  
connubiali in  
nuptiis ser-  
uorum &*

H. P.

C 3

con-

consensum in nuptias ab Imperatore debere impetrare, quum hoc aduersetur Germaniae moribus iuribusque. Ratio autem cur Vasallis necessarius sit Domini consensus connubialis est hæc: *quod Domini interest scire quem habeat vasallum*, vel anne nuptiæ detrimento futuræ Domino? e. g. ne vasallus coniungatur familiæ suspectæ exosæque domino, & quæ ipsi despectui esse potest, vel ne vxor nubendo successionem conferat hosti atque inimico Domino. vid. CRAGIVS de feudis Angliae & Scotia Lib. II. Diegesi 22. Hinc solent Principiū consensum requirere nupturientes ministri, vltimum iam olim in usu fuit, exemplo sit Boso, vid. GVNDLINGII Otia Cap. III. §. 4.p.97. Sed hæc fusius docere superuacaneum foret. Potius videamus qui dynastæ in hominis proprii matrimonium requiratur consensus? requiritur quidem, quod uberrime docuit Perill. Dom. de LVDEWIG l. c. Diff. x. p.55. ex Germaniae obseruantia, LLbus Meklenburgicis, Brunsuicensibus, Moersanis, Pomeraniæ, Angliae add. ANT. MATTHÆVS ad annales Egmondanos p. 201. Lex LOTHARI IMP. apud Celeb. RETHMEIERVM in der Braunschweig Lüneburgischen Chronica p. 297. CAPITVLARE AHYTONIS apud DACHERIVM Tom. VI. spicil. n. 14. cap. XXI. p. 697. item doctissimus POTGIESSER de conditione & statu seruorum Germanie Lib. II. c. I. §. 4. add. Perill. Dom. a LVDEWIG Reliq. Tom. IV. Lib. 5. n. 17. illud autem obtinuit ut non prius sacerdos sponsis possit benedictionem sacerdotalem impetriri, quam exhibita indulgentiæ epistola, quæ varia habere solet nomina e. g. alicubi vocatur Stech. Zettel.

## §. XI.

*Origo Episto-  
lae indulgen-*

His suppositis iam facile erit ad dicendum, quæ origo consensus officialium militarium in gregariorum nuptiis

ptiis fuerit? & vnde codicilli consensus istius? nam <sup>tie connubialis, des</sup> quum olim vasalli domino, & serui dynastæ, ad requiri-  
 rendum consensum ipsorum in nuptias, essent obligati  
 (§. 10.) & milites Germanici olim non nisi subditii clientesque.  
 vid. Per Dom. de LVDEWIG Diff. in Re milit. vid. ESTOR d.M. Hinc  
 gregarii nobiles adiere ut eorum impetrarent consen-  
 sum, quotiescumque matrimonium inire vellent. De-  
 inde quod olim tantum a vasallis suis requisuerant offi-  
 ciales, a reliquis omnibus iam postulabant, ita, ut iam  
 nulli sint gregarii, qui non ad impetrandum prius offi-  
 cialis consensum ante nuptias obstricti sint. Hæc con-  
 sensus requirendi origo. Iam 2) propero ad origines  
 codicillorum indultus connubialis des Trau-Scheins.  
 Ausim fidenter dicere ante ducentos annos codicillos  
 istos esse ignoratos. Ortus ipsorum causa, meo iudicio  
 fuit hæc: 1) ut sic milites consensum superiorum pro-  
 barent & 2) eo fidentius sacerdotes sanctam benedictionem  
 impertirentur connubiis militis, eiusmodi codi-  
 cillos producentis. Maxime quum post LVTHERVM sa-  
cerdotalis benedictio absolute a nostris atque Papæcolis sit in nu-  
ptiis requisita. vid. Cel LEYSERV de concubinatu indiuiduo IX.X.XI.  
 Ad probandum itaque comparati hi codicilli, ut obuiam  
 iretur fraudibus, quorum exempla dabimus inferius. (§.  
22.) Primum vero adeo est verum, ut militi illos codi-  
 cillos non producenti ad probandum consensum in nu-  
 ptias; etiamsi adfirmet se illum iam impetrasse, nulla  
 tamen habeatur fides. Alterum itidem sic se habet, vnde  
 per leges poena est statuta in sacerdotes copulantes si-  
 ne eiusmodi codicillis, de quo inferius (§. 21.) dicam  
 fusius.

## §. XII.

## §. XII.

*De iure consensus offici-  
al. in nupt. regar. militum.*

Intellecta origine consensus officialium in nuptias militum iam respondendum erit 1) an iuste consensus officialium, requiratur? 2) qui dare possint consensum in nuptias militum? 3) qui milites consensum necesse habeant? ad primum *q̄r̄nua* quod adtinet, dubia nobis mouit D. Adr. BEIERVS in *Iur. milit. prud. Lib. II. tit. 13. n. 710.* sq. ille quidem existimauit, iniustum esse, velle militibus prohibere nuptias, obstringereque illos officialium consensui, quum matrimonium de genere permisorum sit, quia coniugium est iuris naturalis. pr. *Inst. de I. N. G. & C. & l. i. §. penult. de I. & I.* sed 1) falsum est militibus nostro tempore interdicta esse absolute matrimonia; interdicta saltem sunt conditionate: *nisi impetraverint consensum praefectorum* (§. 7.) consentit mecum BERTOCHIVS saepius allegato libro *cap. I. §. 16.* sed erroneus mihi videtur in eo, quod ex hac dispositione der *Französischen* Ordonance de a. 1661. art. 22. daß alle Soldaten, so Weiber haben die Compagnie von Stund an quittiren sollen, wo sie nicht als passe-volans oder blinde vermöge derer deswegen ergangenen scharffen Verordnungen abgestrafft werden wollen. colligendum esse existimet apud Gallos militum connubia esse prohibita, quum illud ex his verbis minime conficiatur. Porro 2) nemo est qui neget matrimonium cuiuis in genere licitum esse, vnde non Romani iuris frigidis legibus ad probandum hic est opus. Sed quis dubitauerit alicui in specie illud ob salutem publicam prohiberi posse? 3) iustum vtique est in Germania requiri praefectorum consensum, si respicias ad originem (§. ii.) suppeditatam. His illustranda sunt quæ BERTOCHIVS *cap. I. contra BEIERYM* disputauit. Videamus iam II.) qui con-

consensum dare possint? breuiter respondemus: si respicias ad originem huius consensus requisitionis, Princeps, quippe cuius omnes milites sunt vasallū; vel cui Princeps concessit potestatem ad sensum suo nomine dandi. Plerumque Duces seu Imperatores officialibus & gregariis præfedi, alicubi vero centuriones seu capitanei, adsensum Principis nomine præbere solent. Respiciendum itaque hic est ad cuiusque prouinciae regnique ordinationes, saltem obseruamus in nostris terris gregariorum nuptias nomine principis adprobare centuriones vid. LUDOVICI Einleistung zum Kriegs-Proces Cap. II. vbi Edictum regis nostri de a. 1701. exhibit, de aliis prouinciis. vid. BERTOCHIVS Cap. II. ad 3) quæstionem respondemus breuiter hisce: *Omnis qui militaria stipendia meretur Principis sui in dulitu nuptiali opus habet.* Nam principis est vasallus (§. 10.) In iuste itaque aliqui officiales eximere volunt, forsan ad antiquam nobilium libertatem primus huius opinionis auctor respexit, quum tamen iam illa post nomen datum non possit obuerti. Hinc iure milit. Imp. & Imperii vid. LVNIG. Corp. Iur. milit. p. 116. b. p. 148. b. Régum M. Britanniae id. p. 1060. Danie. id. p. 1297. Poloniæ id. p. 810. § 832. & Cod. Aug. Vol. I. p. 1038. § 1039. Porussiæ vid. LUDOVICI Einleistung zum Kriegs-Proces. Cap. II. §. 18. 19. item iure milit. Brandenburg. Saxonico Brunswic. & cæterarum prouinciarum iniungitur: *vt, quum uxores ducere volunt, prius impetrant officialium adsensum.* Ipsis officialibus vero iussum est, vt vel Principis ipsius, vel Imperatoris sui, vel vt in Gallia constitutum, Inspectoris Generalis adsensum impetrant. Sic Rex Borussiæ edixit a. 1709; *Dass die Ober-Officer ohne Vorwissen und Consens ihrer Commandeurs vom Regiment zu Heyrathen sich nicht unter-*

stehen sollen. vid. LUDOVICI Einleithung zum Kriegs- Pro-  
cess. Cap. II. §. 20.

## §. XIII.

*Quo tempore  
dandus con-  
fensus.* Adiecerunt Leges consensui huic certa requisita in quæ  
vt inquiratur ordo dicendorum a me postulat. 1) iure  
quæritur quando dandus sit hic consensus, ante sponsalia,  
an ante nuptias? Respondeo, indultus requirendus est  
ante ipsa sponsalia. Rationes sententiae habeo sequentes  
1) sponsalia fere eadem sunt cum matrimonio, quum  
nuptiis ipsis non fiat, nisi quod promissum antea sponsali-  
bus. vid. TITII Probe des Deutschen Geistlichen Rechts Lib.  
IV. art. I. & II. & art. 2. & 3. BARTOL. in l. 5. ff. de condic. causa  
dat. STRYCK de dissensu sponsalitio. Dicuntur ideo etiam  
num apud suecos nuptiæ: bruloft vt est apud OTTFRIDVM  
p. 148. vel vt hodie: bröllop (sive sponsalia) vid. IOH. LOC-  
CENII Antiq. Sueo-Goth. Cap. XXXI. p. 106. quinimmo solet sèpius  
anticipari quod differendum ad diem usque nuptialem  
fuisse, id quod & maiores probe intellexere, vnde PRO-  
COPIO de Bella Goth. Lib. IV. testi: femina apud illos, de cu-  
ius nuptiis actum fuerat, (breuiter: sponsa) etiam si corpore  
esset integra, pro corrupta habebatur. Certe iure Germanico  
antiquo nullum discriumen inter nuptias & sponsalia;  
sed utraque eodem actu celebrata. vid. HACHENBERG de  
nuptiis veterum Germanorum. Ius canonicum etiam (for-  
san inde) sponsalia pro ipso matrimonio habet. c. 25. X.  
de sponsal. c. 1. 27. Qu. cui ad sensum præbent HOPPIVS ad pr.  
Inst. de nuptiis: verbo: iustas. STRAVCH diss. Iur. Iustin. 2. th.  
6. sponsalia 2) requirunt consensum eorum quorum  
interest, ne pro cland. finis habeantur, (§. 19.) quippe  
quæ prohibita, & poena digna censa a Potentissimo Bo-  
russie Rege editio promulgato. Denique 3) Leges ipsæ re-  
qui-

quirunt, vt consensus officialium etiam ante sponsalia impetretur. Hinc Röntgliche Groß-Brittannische und Churfürstl. Braunschweig-Lüneburgische Verordnung a. 1716. prohibet: ohne Vorwissen und vorher erlangten Consens des Chefs vom Regiment sich in eine Ehe Verlobniß einzulassen. idem obtinet in Saxonia, vnde in Edicto de a. 1709. Cod. August. Vol. I. p. 1039. ita: **D**ass künftig kein Verlobungen, vielweniger Copulation, vom Wachtmeister und Sergeanten an, bis auf den Gemeinen inclusive, Platz finden und gültig seyn sollen. Huic respondet Saxo Gorhana constitutio a. 1719. apud LVNIGIVM Corp. Jur. milit. p. 1117. Regis Porussiae Edictum anni 1704. sic habet: Und zwar ist unser eigentlicher ernstlicher Befehl und Wille, daß hinführo weder Unter-Officier, noch gemeiner Soldat sich gelüstten lassen soll, ohne Vorwissen und Consens seines Capitains, worunter er steht, mit einer Weibes-Persohn, sic sey, wer sie wolle, sich ehelich zu versprechen. Id quod repetitum Edicto a. 1705. & extensum ad officiales, vsque ad centurionem edicto a. 1709. vid. LVNIGII Corp. Jur. Milit. p. 1156. Puniri vero solent milites qui hoc neglecto nihilominus sponsalia contrahunt, licet plerique milites ignorent etiam ante sponsalia impetrandum esse consensum, vnde BERTOCHIVS Cap. III. §. 1. welche sodann in Arrest, auch wohl in Ketten und Banden allererst erfahren müssen, daß sie Unrecht gethan haben. vnde ibid. §. 6. rechte suadet, ideo congruum fore, vt milites tyrones hoc doceantur, damit sie nicht allererst in Arrest, vt verba eius habent, auch wohl in Ketten und Banden lernen müssen, was dies fals Redtens seye. Sed refertur hoc iure meritoque inter pia vota. Solet etiam quandoque indulgeri tum militibus, dum

obuertunt se ignorasse illud. Quod vltimum me iudice etiam æquitas postular. Licet etiam quandoque innocentes poena ad ficiendi sint, vt tanto magis sibi caueant reliqui.

#### §. XIV.

*De inquisi-*  
*tione in cir-*  
*cumstantias*  
*premittenda.*

Porro II.) requirunt leges vt officiales antequam præbeant consensum ~~negatæ~~ causæ cognoscant sedulo. 1) Autem debent examinare anne matrimonium illud in commodo futurum statui militari: ob der Militair-étab und das Quartier-Wesen, Beschwehrung davon habe? 2) An Miles iam coniugem aut sponsam habeat? Miles vero vel ait se nondum alii esse obligatum, & tum pro ipsius libertate est præsumtio, aut ait priorem coniugem esse mortuam, & tum ipsi incumbit probatio, quæ, quomodo sit instituenda, doceat *Celeb. LEYSERV de probatione mortis.* 3) An neglexerit miles consensum parentum vel quorum interest? vid. *LVNIG. Corp. Iur. milit. p. 116. b. 148 b. 428. a. 6. 6. 1033. a. 1060. a. quemiam LL. Romanæ exigunt.* vid. *I. 35. de R. N. conf. ANTON. D'ESPEISES Tom. I. Oper. p. 264 n. 5.* maxime in hoc est inuestigandum vbi matrimonia illo deficiente pro nullis habentur, vti in nostris terris. 4) Anne miles fraudibus amatæ & variis artibus ad matrimonium sit inductus? id quod etiam postulare videntur verba des Königl. Reglemens des militair Consistorii a. 1711. Weisen auch die Erfahrung bezeuget, daß die Unter Officiers und gemeine Soldaten zu Ross und Fuß öfters von liederlichen Weibes-Personen verführt, zur Ehe inducirt, und auf solche Art die Regimenter, Bataillons und Compagnien mit unnöthigen Troß und Kosten beschweret werden. ic. ic. 5) An illud matrimonium sit licitum. vid. *Edictum Regis Borussiae a. 1709. e. g. an fit*

sit incestuosum? &c. 6) An Mulier quam ducere vult miles integræ sit famæ, honestisque nata parentibus? notatu hic digna dispositio art. 113. Iur. Milit. Holst. *Schulzenii Corp. Iur. milit. rubr. Schleswig-Holst. Krieges* N. p. 29-30. LVNIGII Corp. Iur. Milit. p. 859. causas suppeditant verba edicti Borussiae Regis saepius citati, a. 1709. Dass, wie Unter-Officiern und Gemeinen bey Dero Trouppen, also auch von Ober-Officiern eigenmächtige und unzulässige und irregulaire Heyrathen getroffen werden, wodurch den viele desordres und inconuenientien gemeiniglich zu erfolgen pflegen, denen Eltern und Familien aber öfters Tort und Schimpf ohnverschuldet Weise zugefüget wird. Quod si vero officialis his neglectis statim consensum dederit, debet de incommodo exinde redundante respondere. Sic e. g. in dem Sachsen-Gothaischen Articulis-Brief Art. XI. art. 1. dicitur: so sollen auch die Officierer selbst nicht alsbald und ohne höchstthigen Ursachen, und nur blos um ihres Gewinstes halben ihre Bewilligung darein geben, wiedrigensals, so die Compagnie mit vielen und über 15. Weiber beschwehret würde, sie davor stehen und Antwort geben sollen. Taceo alias constitutiones.

### §. XV.

Tandem III) etiam certa formula codicillorum in-  
dultus connubialis militum dari solet legibus, quæ vtique

D 3

*De forma in-  
strumenti*

est

des Trau-  
Scheins.

est obseruanda. Potissima vero eiusmodi instrumenti  
requisita sunt hæc , secundum BERTOCHIVM: 1) debet ex-  
primi nomen, conditio sponsi sponsæque eorumque pa-  
rentum 2) locus nativitatis 3) Regio in qua est miles  
4) vt codicilli ab eo cui ius concedendi matrimonium  
competit, subscribantur signenturque 5) vbi , & quo  
tempore dati codicilli illi? In hunc modum, nisi aliqua  
superflua exceperis , confecta instrumenta apud NEH-  
RINGIVM in Manual Notar. leguntur. Posset etiam in hunc  
modum dari:

Demnach Jürgen Stephen gebürtig aus Utopia Mons-  
quetier unter dem Hauptmann Sonung, unter dem  
Wohl-löblichen Herbstischen Regiment mir eröffnet,  
dass er mit Jungfer Spizzen Hans Spiz, hiesigen  
Bürger und Brauers Aeltesten, eheleiblichen Toch-  
ter, sich ehelich einzulassen gesonnen, und desfalls  
um meinen Consens gebührend gebethen, als habe  
nach reisser Überlegung ihm solchen nicht bergen mö-  
gen, und ist ihm also hiedurch verfattert, sich ge-  
dachte Jungfer Spizzen ehelich antrauen zu lassen.  
Urkund dessen, diesen Concession - Schein, unter  
meinem eigenhändig und beygedruckten angebohr-  
nen Pettschafft, von mir gestellet, so geschehen in  
dem Stabes Quartier Moræa den 1. Apr. a. 1736.

(L. S.)

Sr. Königl. Benderschen May. beym  
Herbstischen Regiment zu Fuß bestalter  
Obristier

Hans Freyherr von Nacht.

Aliam

Aliam formulam, qua officiali matrimonium indultum exhibet BERTOCHIVS Cap. V. §. 12, exscriptione dignum.

Dem Königl. Polnisch. und Churfürstl. Sächsischen Lieutenant von Königl. Prinzisch. Regiment zu Fuß, Johann Gottlob N. wird auf sein an mich geschehenes gebührendes Ansuchen, zu einer mit Jungfer Johanna Eleonora N. des Licent. N. vornehmen des Raths in der Stadt N. ältesten Jungfer Tochter zu treffen gewilleten Heyrath, der erforderliche Permissions-Schein ertheilet, und ihm dieses zu seiner Legitimation ausgestellt. Sign. den 27ten Octobr.

1722.

## Graf von N.

### §. XVI.

Possit quæri, quidnam solui soleat pro eiusmodi *De pretio  
indultus codicillis?* Respondemus: pro prouinciis præ-  
tium esse diuersum. Existimat quidem BERTOCH præ-  
tium ex moribus non nisi florenum esse, sed memini  
ego solui solere nostris officialibus pro impetranda con-  
cessione decem Imperiales. Legatur etiam BERTOCHIVS  
*Cap. I. §. 8.* Nihil certi a me determinari potest, sed qui  
libet eius sibi interrogando facillime notitiam parabit.  
Saltem illud vnum respondere adhuc hoc §. volo an sub-  
fit simonia? Catholici respondent adfirmando, atque  
ideo non ferunt ut lytrum pro consensu connubiali exi-  
gatur. Hinc e. c. LEGIBVS BOICIS *Tit. IV. Art. VI.* cautum  
inter alia: und sollen die Herren wegen solcher Heyrath,  
die aignen Leut nicht beschweren: sondern ohne alle For-  
derung, Schätzung oder Bezahlung ainiges Gutes oder  
Gelts zu gelassen werden. *re. re. conf. CASP. SCHMIDII Com-*  
*ment.*

*des Trau-  
Scheins an  
subfit Simo-  
nia?*

ment. h. l. sed I) ob rationes quas ē πάντων de LVDEWIG in consensu connubiali extra patrem Diff. X. § 7. p. 62 63. suppeditauit, hoc iure cessat apud Protestantes II) etiam erronea est illa Pontificiorum doctrina, nam 1) falsum est matrimonium eo sensu, quo ipsi volunt esse sacramentum, potius ex primorum Christianorum more ita vocatur, quia est symbolum unionis cum Christo. vid. NÆVII Ius coniugum Cap. I. c. IX. & X. p. 39. sq. quod μυστήριον continet, unde μυστήριον in vulgata etiam eleganter sacramentum vertitur, de quo me in Epistola ad Illustr. Dom. BÖHMERMVM in his versatissimum MSta: de conciliandis Ecclesiis in doctrina de sacramentis fusius egisse memini. 2) Nulla subest simonia ideo, quod hic nullum donum spirituale venditur, quod ad crimen Simoniae utique requiritur vid. Doctissimi acutissimique PERTSCHII tract. de criminis Simoniae Dn. de LVDEWIG de Iure Annatar. 3) qui a Simoniae criminis sic purgabunt Papæ colæ illud, quod pro Bullis indulgentiæ Papalis ineundi matrimonii, remissionis peccatorum, &c. certa pecunia soluitur? Possideo ego libellum rariorem, cui est titulus: *Taxe de la Chancellerie Romaine & la Banque du Pape, où l'absolution des crimes les plus énormes se donne pour de l'argent. Ouvrage qui fait voir l'ambition & l'avarice des Papes.* Traduit de l'ancienne Edition latine, avec des remarques. Augmenté d'une nouvelle Préface A Londres MDCCI. Vel hic liber me docuit satis superque iniquitatem papatus multaque exempla hoc pertinentia, quæ, ut chartæ parcat, exscribere nolo.

## §. XVII.

*De consensu denegatione.* Nullum est dubium eum qui potest consentire, etiam dissentire posse. Neque quis dubitauerit, officiales consensum in nuptias gregariis militibus denegare posse. Cer-

Certe ( licet iocum seriis intermisere ) si quando aliquis gregarius miles de illo dubitat, satis ipsum docere possunt, demonstratione in sensus incurrente, nihil esse verius. Sed tamen minime negauerim, debere officiales cum ratione consensum recusare. Non enim tantum stultorum est nolle, sine rationibus; sed & concessa a Principibus officialibus consentiendi in militum matrimonia potestas , hac lege: *ut non sine causa grauissimis militibus consensum denegent.* Maxime hoc attendendum est, vbi matrimoniis milites a desertione arcendi sunt, Neque dubito, posse militem gregarium, cui officialis iniuste epistolam indulgentiae connubialis den Trau-Schein denegat, apud superiores de iniuria sibi illata conqueri. Sed cautus sit tum, ne detimento suo discat quanti momenti res sit incusare velle, quorum potestati subditi sumus. Forsan quis scire cupit, quando iuste deneget adsensum officialis? Responsum ille capiat hoc: *quotiescumque cause instituta cognitione vel unum superius (§. 14.) datorum requisitorum desideratur, iure meritoque consensum denegat officialis; immo ad id est obligatus.* Deinde etiam iure consensum denegare potest, vbi miles lytrum indultus connubialis soluere nequit vel ipsius sponsa. Nam si ultima nuptias quidem contrahere velit, sed tamen lytrum soluere nolit, etiamsi queat, ad soluendum potest cogi, quum qui vult rem etiam media velle censendus est.

### §. XVIII.

Posset quis haud absone quæstionem nobis mouere *An hac etiam obtineant ad illos qui tantum in numeros relati: ob dieses auch die enrouillirten betrefse?* Sed *ant quoad eos qui tantum in numeros relati?*

E

sim

sim est cautum, etiam de illis est intelligendum sigillatimi.  
**2)** Ipsae Leges militares idem statuunt; & Praxis militaris est eadem. Quod etiam induxit Potentissimum Regem nostrum ut nuperrime clementissime rescriberet: ut inhabiles ob staturam breuiores ad militiam, in numerum tamen relati, excludantur, & libera ipsis sint matrimonia. Verba Rescripti sic habent:

### Friedrich Wilhelm König re

Weilens zeithero verschiedene Klagen bey uns angebracht worden, daß die Regimenter denen enrollirten ohne Trau-Scheine zu heyrathen nicht erlauben, noch sich dererselben, wenn sie auch nicht einrangiret werden können, oder einiges Wachsthum mehr hätten, begeben wolten; dadurch aber die „Vermehrung derer Unterthanen und Besetzung derer Höfe, welche wir doch auf alle Weise befordert wissen, wollen, sehr verhindert wird...“ So haben wir zu Abhelfung dessen allernädigst resoluirt und feste gesetzet, „daß denen Unterthanen, welche zu Krieg-Diensten nichts nütze, die Trau-Scheine auf einer jeden Gerichts-Obrigkeit Verlangen ohnweigerlich und ohne Entgeld gegeben, auch diejenigen, worinnen kein Wachsthum zu hoffen, von allem Anspruch des Regiments befreyet seyn sollen, und solcher wegen an sämtliche Regimenter Infanterie und Cauallerie und Dragoner dergestalt, wie die beyliegende copeyliche Circulair-Ordre zeiget, dato rescribiren lassen. Ihr habt euch demnach eures Orts hiernach zu achten, und sämtlichen Commissariis

sariis locorum, Land-Räthen Beambten und Magistraten hievon Nachricht zugeben, und dieselben darnach fordersamst zu instruiren. Daran ic. und ic.  
Berlin den 28. Febr. 1736.

### Friedrich Wilhelm.

Bei Sr. Königl. Maj. in Preussen unsern allergnädigsten Herrn, sind zeithero Verklagen angebracht worden, daß die Regimenter denen enroßirten ohne Trau-Scheine zu heyrathen nicht erlauben, noch sich derselben, wenn sie auch nicht einrangiret werden könnten, oder einiges Wachsthum mehr hätten, begeben wolten. Wann aber dadurch die Vermehrung derer Unterthanen und Besetzung derer Höfe, welche Sr. Königl. Maj. doch auf alle Weise befördert wissen wollen, sehr verhindert wird, höchst dieselben auch denen Regimentern bey zufertigung der Enrolirungs disposition so ernstlich als nachdrücklich aufgegeben dasjenige, worinn kein Wachsthum ist, gar nicht zu enrolliren, Sr. Königl. Maj. auch gehörig darüber gehalten und dergleichen zum Schaden des Landes gereichende Unternehmung abgestellet wissen wollen, als befehlen höchst Dieselbe dem Commandeur N. N. Regiments Infanterie hiedurch in Gnaden, denenjenigen, welche zu Kriegs-Diensten nichts tüchtig, noch in welchen einiges Wachsthum mehr vorhanden ist, auf einer jeden Gerichts-Obrigkeit Anzeige und Verlangen, die Trau-Scheine ohnweigerlich und ohne Entgeld zu geben, auch die Unterthanen, wenn sie 24. Jahr passirret, und kein Wach-

thum mehr zu hoffen, alles fernern Anspruchs zu erlassen. Wornach sich der Commandeur besagten Regiments aufs genaueste zu achten, sumtliche Capitains des Regiments, es behörig bekand zu machen, und damit dieser Sr. Königl. Maj. allergrädigsten Intention überall nachgelebet werde, auf das nachdrücklichste zu halten hat. Berlin den 28ten Febr. 1736.

### §. XIX.

#### *De nullitate matrimonii clandestinii militum,*

Quodcunque est contra leges, illud est nullum l. 5.  
*Cod. de leg. HARPRECHT ad Pr. Inst. de Nuptiis n. 31.* vid. BRANDES de nullo. Nulos habet effectus quum nullius, seu non entis nullæ sint affectiones. Sponsalia atque matrimonia clandestina per leges prohibentur. Clandestina illa sunt, quæ sine solemnitatibus, legibus præscriptis contracta. vid. c. 2. § 3. X. de Clandest. Desponsat. & Illustr. BÖHMERVS tur. Eccl. ad Tit. eundem. ad solemnitates quoque pertinet, ut illi consentiant in matrimonium quorum consensus ex Legum dispositione est requirendus. Per leges iniunctum militibus, vt officialium indulgentiam ad matrimoniū ineundum impetrant. (§. 12.) Ergo nulla sunt illa sponsalia atque matrimonia, quæ contraxere milites om̄is officialium consensu, omnibusque deſtituuntur effebus. Nulla dos, nulla patria aut matria potestas, nullum ius successionis, nulli liberi legitimi. Contra spuri, illegitimi liberi, mulier prostibulum. vid. Cel. LEYSERVS de concubinatu individuo n. XVII. Quæ dixi adeo sunt vera, vt ipsæ militares leges idem velint statuantque. In const. Regis Borussia de anno 1713. sic est: Die Zusage, wenn sie gleich eidlich geschehen, und das Frauen-Mensch geschwängert

gert worden, soll vor null und nichtig erkläret, im Fall aber die Priesterliche Copulation würcklich vor sich gegangen, die vorgesetzte Straffe verdoppelt werden. Idem prohibent Electoris Hanover. Lex apud LVNIGIVM in Corp. Iur. milit. p. 1072. & Brunsuicensis ibid. p. 1068. Ordinatio Palatin. Bipontina ibid. 1081. item Ius militare Saxo-Gothanum ipid. p. 1106. 1117. Res itaque clara atque definita est apud Protestantes; sed queritur an etiam apud Romano Catholicos idem obtineat? Respondebo verbis *Cet.* BÖHMERI de Iure milit. ecclesiastico Cap. II. §. XIV. (a) p. 80. Cessat sine dubio annullatio matrimonii in exercitibus Principum catholicorum propter sacramentum, quod matrimonio inesse creditur, & ita difficilius apud eos rescinditur.

## §. XX.

Iure Iura statuunt poenas in delinquentes. Militaria iure minime ideo patiuntur sic impunita abire matrimonia clandestina. Statuunt recte poenam 1) in militem atque 2) mulierem, matrimonium contrahentes, denique 3) infacerdotem ipsis benedicentem. De priorum penis hoc, de vltimi, sequenti §. dicam 4) in militem statutum ita: a) ob clandestina sponsalia *iure Borussico nouissimo*: Dass die Unter-Officiers oder gemeine Soldaten condamniret seyn sollen, funfzehn mahl in einem Tage durch zwey hundert Mann die Gassen zu laufen. Ein Ober-Officier arbitrarie mit suspension von seiner Charge, oder nach Besinden mit Bestungs-Arrest zu bestraffen, ein Artillerie-Bedienter seines Dienstes verlustig seyn soll. vid. LVNIG. c. I. M. p. 929. 904. 858. Brunsuicensi, ad operas publicas id. p. 1068. Palatino-Bipontano, ibid. p. 1081. Saxonico item Electorali poena arbitraria statuitur. b) Ob matrimonium clandestinum

Pena matri-  
moniorum  
clandestino-  
rum,

E 3

poena

pœna *Iure Porussico* duplicatur, was die Unter-Officierer und Gemeine betrifft; ein Ober-Officier wird mit Cassation aus Königlichen Diensten angesehen. *Iure Brunsvicensi* sic disponitur apud LUNIGIVM C. I. M. p. 1068. daß die Delinquenten auf zwey Jahr lang ad operas publicas sollen gebracht werden. Churfürstl. Pfälzisch. Kriegs-Recht art. XIX. welcher Soldat sich aber ohne der Officiere Consens außer Landes verheyrathet, soll so lange in Eisen und Banden arbeiten, bis er zwey tüchtige Mann an seinen Platz gestellet hat. vid. LVNIG. p. 1033. a. Saxonico Electorali *Iure Circuli Suevici*, arbitrarie puniuntur. Nisi quod BERTOCHIVS Cap. VII. §. 27. seqq. observet, quod in Saxonia plerumque ideo virgis cedantur. *Iure Gallico* ipsis pœna summatim hæc eit: dans le Code militaire Liure I. Tit. II. §. 3. qu'ils perdront entierement leurs droits d'ancienneté. Et que par le §. 5. du Titre II. du I. Liure du même Code militaire, les officiers seront cassés. 2) Mulieres plerumque solent, vel mitti in ergastula, vel tanquam infames vel scorta mitti in exilium. Sic *Iure Porussico* ob sponsalia mit einem Jahre ins Spinn-Hauß: ob matrimonia ipsa: mit zwey Jahr ins Spinn-Hauß: puniuntur.

## §. XXI.

*Pœna sacerdotis copulantis.*

Iam progredior 3) ad pœnam sacerdotis, qui milites destitutos consensu officialis sui, cum vxore clam iungit. Pœna depositionis ab officio statuitur in eiusmodi sacerdotes. In dem Artikels-Brieff, vor die Reichs-Völcker, de a. 1672. §. 17. LVNIG p. 116. b. und de a. 1682. §. 17. id. p. 148. b. In dem Königl. Groß-Britannischen und Churf. Braunschweigischen Artikels-Brieff §. 8. id. p. 1060. a. Et Braunschw. Lüneburgisch Kriegs-R. art. VII. vid. SCHVLTZENS. C. I. M. rubr. §. Br. L. R. R. p. 35. In dem Königl. Däni-

Dānischen Artickels - Brieff. Cap. I. §. 6. LVNIG p. 1297. b.  
 Der Fürsten und Stände des Frānkischen Creyßes. §. 15.  
*Id. p. 428. a.* Des Ober-Reinischen Creyßes de a. 1698. art.  
 20. *Id. p. 616. a.* Dem Chur-Pfälzischen. art. 19. *Id. p. 1033. a.*  
 Dem Sachsen-Gothaischen p. 1060. c. Sed Iure Saxonico-Electoral-  
 li pœna arbitraria, grauior tamen, statuitur. *Porusso* iti-  
 dem depositio ab officio, quippe quæ per Edicta Regia  
 in omnes copulationes clandestinas est statuta. Iure Gal-  
 lico eadem pœna statuitur in sacerdotes illos, quæ in ad-  
 iutores raptus violenti pronunciatur legibus. *Voyés le*  
*Code militaire au Livre XI. Titre II. §. 4.* Dabo verba Gal-  
 lica in pauciora Germanica a LVNIGIO p. 1291. b. relata:  
 Die Feld-Prediger sollen als Helffer und Mischuldige ei-  
 nes begangenen Jungfern-Raubes angesehen werden.  
 Et deinde: die Obristen der Regimenter, sollen die Feld-  
 Priester auf erhaltene erste Nachricht von ihrer Misshand-  
 lung wieder den Innhalt gegenwärtiger Artikel in Arrest  
 nehmen, und sie in der ordinariorum (scilicet clericorum)  
 Hände überliessern lassen, damit der Proces wieder sie  
 nach dem hierüber erklärten Willen Ihr. Majest. könne  
 angestellt und vollführt werden. Liquet etiam hinc,  
 quam probe Galliæ Rex ius suum circa sacra conseruet.

## §. XXII.

Sunt quandoque milites qui mulierculas pecunia  
 emungere quum volunt, ipsis persuadent, se opus ha-  
 bere numis vt habeant lytrum quo indulgentiæ connu-  
 bialis Epistolam redimere possint. Sic saepius inducun- De fraudibus  
variis, que in  
Epistolis in-  
dulgentiæ  
committi so-  
lent.  
 tur mulieres; sed quandoque astutiores vrgent prius, vt  
 ipsis impetrent indulgentiæ epistolam den Trau-Schein  
 monstrantque, tum se velle lytrum soluere. Quid ergo?  
 aliqui adeo scelesti sunt, vt imitatis aliis præfecti sui Epi-  
 stolis

stolis earumque subscriptione mulieribus imponant. Quidam vero sic falsarii sunt, quum probe intelligunt se minime impetraturos a suo centurione siue præfecto indulgentiæ connubialis codicillos. Alia Exempla suppeditat, D.G.P.HÖHN. im Betrügs. Lexico, voce: **Soldaten**. Dicendum ergo a me definiendumque, qua pœna digna facinora ista? Responsum cape: prius arbitrarie non vero adeo rigide punitur. Posteriora delicta ipsos pœna falsariorum dignos utique faciunt. Fusius hæc iam tradere mihi non licet, ob temporis defectum. Vrget etiam Typographus ut finis imponatur opusculo; ut igitur ipsius petitio fiat satis, opusculi huius, leuiori quidem brachio scripti alio tempore magis polendi hic esto

## FINIS

P. 4. l. 7. initio, lege ita: *opprobrium*.




Ko 1176a 8

N.C.



B.I.G.



A. R. I. BVNEMANNI  
MINDENS.  
COMMENTATIO HISTORICO-IVRIDICA  
DE  
**CODICILLIS INDVLTI**  
**CONNVBIALIS MILITVM**  
SIVE  
*Nom Trau-Scheine*  
*QVA ETIAM*  
DE  
IVRIS ROMANI ET GERMANICI SANCITIS  
IN MILITVM MATRIMONIIS  
**OFFICIALIVM ATQVE**  
**MILITIAE MERCENARIAE**  
APVD ROM. ET GERM. ORIGINE  
AGITVR.



HALAE SALICAE cl 15cc xxxvii.  
Literis IOA. CHRIST. HILLIGERI, Acad. Typ.